



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Exempla de Salutatione Angelica, n. 17 ad 22

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

per omnes Sanctos maiori cognitione fruar beatissima Trinitate, & qui me tanta claritate perlustravit, vt, velut Sol radians in virtute, totum coelum illuminem: ita in hora mortis animam tuam lumine fidei, & cognitionis perfundam, ne fides tua ignorantia, aut aliquo errore tentetur.

Ad tertium ora, vt sicut Spiritus sanctus suaviter sui amoris plene mihi infudit, & tam suavissimam, & sanctissimam effecit, vt post Deum benignissima, & dulcissima limpa ad sim tibi in hora mortis infundendo animæ suavitatem diuini amoris, qui in tantum præualeat in te, vt omnis pœna, & mortis amaritudo ex amore tibi sit præsuavis. hæc apud S. Mechildem.

EXEMPLA EORVM, QVI PECV-

lras precas Despara offerre consueverunt.

Nunc subiicienda sunt exempla aliquot eisdem fidei auctorum verbis, breuitatis tamen studio interdum in pauca collatis, quorum indicio Despara eiusmodi precibus, ac præsertim salutatione Angelica miraculis editis maximo opere delectari ostendit.

S. Bernardinus Senensis adhuc in seculari habitu degens ad imaginem B. Virginis elegantissimam, depictam supra portam vrbis Senensis, quæ Camollia dicitur, quotidie multis annis nudis genibus piissimas offerebat preces, quemadmodum legimus in vita eiusdem, quare mirum non est eum castitatem ab omni labe puram integramque seruasse, & à Virgine consecutum, vt cum iam Ordinem Minorum complexus celeberrimus esset. Concionator: de ea deuotissimè, ac crebrè concionaretur. Eius rei testes sunt sanctissimi hominis de Virgine non minus piæ, quam doctæ conciones, quæ impressæ habentur, quasque nos sæpè in hoc opere citauimus.

S. Bernardini Senensis preces ad Despara offerre consueverunt.

S. Antonii Casariensis. De Antiphona Salus Regina quàm grata sit Virgini, præter id, quod hæc de re asserit S. Antoninus 3. par. tit. 23. cap. 3. §. 1. narrat Casarius lib. 7. cap. 50. Sacerdotem quendam, qui eandem Antiphonam Salus Regina identidem dicebat à timore tonitruorum, ac fulminum, quibus nimis terrebatur, liberatum fuisse meritis Desparæ, quæ ei ad altare oranti apparuit, si quæ eum est allocuta, qui Antiphonam Salus Regina libenter, ac frequenter

decantans, nunquam tonitrua, neque fulmina, quorum timore sæpius affligeris, te lædent, & ex eo tempore liberatum se sensit.

Vir quidam nobilis quoniam bonis operibus studiosè vacabat, & oratione illam, cuius initium est, O Intemerata, in honorem beatissimæ Virginis, & S. Iohannis Euangelistæ quotidie recitabat, seruatus est à dæmone, qui serui famulantis habitum, formamque susceperat ut eum à via veritatis auerteret, & si posset etiam contrucidaret. Verum à sancto quodam Episcopo deprehensus est, mox tora re perfacta fraudeque frustratus sua, euauit. Vincencius libro 7. spec. hist. cap. 101.

Per orationem d. Intemerata, &c. quidam à dæmone liberatur.

Beluacensi.

EXEMPLA DE SALVTATIONE Angelica.

Beatissimus Albertus Monachus Crispinensis Monasterij, qui circa annum Domini 1140. floruit, præter Psalterium Davidicum, quod recitabat, centies per diem flectebat genua, & quinquages, prostrato quidem corpore, sed articulis, & digitis subleuato, ad vnamquamque genuum curuationem dicebat salutationem Angelicam. Hæc ex vita eiusdem apud Suriurum tom. 2. die 7. Aprilis.

B. Albertus.

Cuius quidam Colonienfis post mortem fux nepti apparuisse scribitur in splendido habitum, in quo maximè in caligis, & in calceis scripta erat circumcirca saluatio Angelica, quam viuens ad Ecclesiam eundo, vel redeundo, vel in curia sua deambulando frequentissimè ruminabat. Casarius lib. 12. cap. 50.

Saluatio Angelica nota post obitum exornata, quidam qui viuens istam sæpius iterabat.

Miles Veteranus Cisterciensem Ordinem ingressus, præ ingenij ruditate orationem Dominicam nulla ratione addiscere poterat: multo tamen, & diuturno labore salutationis Angelicæ breuem versiculum interprandendum ad vnamquamque feiè buccellam illum ruminando memoriæ mandauit, & longo vsu tantam in ipsa salutatione mentis dulcedinem concepit, vt cordi eius, & ori matris Christi memoria indecibiliter adhereret. post cuius obitum in eius tumulo arbor ignoti generis visa est, cuius folia literis aureis insignita Aue Maria Gratia Plena, notabiliter singula continebant. venit Diocesanus Episcopus, & per effossionem inuenit radicem arboris ex ore veterani ortum habere, quod vbi compertum est, arbor illa in omnium oculis auit, & defecit.

Saluatio Angelica in folijs arboris progressa ore Monachi illam saepe iterantis, post obitum reperit esse.

Tho-

*Cantipra-
tensi.
B. F. Ro-
ma: He-
spani de-
uotio ergo
salutatio-
nem An-
gelicam.*

*Chronica
S. Domi-
nici.
Consola-
tionum
caelestium
et horum
et f. n. d. n.
de preci-
bus S. El-
zearii
per Ange-
licam sa-
lutatione
à Deipara
impetrat.*

*Surius.
Ab insa-
nabili mor-
bo libera-
tur Cister-
ciensis, qui
Angelicam
salutatio-
nem pro-
nunciare
consuevit
rat.*

Thomas Cantipratenfis li. 2. apum c. 29. par 9.
B. F. Romeus Hispanus ex Catalaunia, Oc-
dinis Prædicatorum, Virginis deuotissimus,
iugiter eius sanctum nomen, & laudes can-
bat, & alijs narrabat: inter alia pietatis exerci-
tia quotidie salutationem Angelicam certo
numero millies deuorè recitabat: & ne quis er-
ror in numero salutationum ineundo contin-
geret, cordulam mille nodis distinctam habe-
bat, quam in suprema sua ægitudine è mani-
bus nunquam deponebat. obiit verò sanctè die
primo Nouembris anni 1261. hæc ex 1. part.
Chronic. S. Dominici lib. 2. cap. 65.

18. S. Elzearius Comes Ariani, cuius memo-
ria in martyrologio die 27. Septembris reco-
latur, interrogatus à quodam viro religioso,
quem in precibus suis modum, formamque
patronum delegisset? Respondit ille: Equidem
Virginem sanctissimam mihi patronam, & ad-
uocatam elegi: cumque ad orandum me præ-
parare volo, indignitatem, & vtilitatem meam
prius confidero; atque ita Matri gratiæ me
commendans eam precor humiliter, vt ea,
quæ ipsi, & eius benedictio filio grata sint, po-
nat in corde, & ore meo: simulque quanta
pollum animi pietate semel ei offero AN-
GELICAM SALUTATIONEM. ea dicta
nunquam mihi deest noua rerum diuina-
rum materia. hæc in vita eiusdem apud Su-
rium tom. 5.

Monachus quidam Cisterciensis nomine
Adam in sua pueritia caput habebat ita sca-
biosum, vt præ fœtore putredinis scholares
cum eo sedere recusarent. Is salutationem An-
gelicam didicerat, eamque frequenter recita-
bat. cumque apud Monasterium Westphaliæ
eundo ad scholam, siue ad matutinas quotidie
per quamdam Ecclesiam transiret, ante Orato-
rium in honorem Dei Genitricis cum tribus
venijs tondem faciebat salutationes. Nocte
quodam putans pulsatum esse ad matutinas,
surrexit tremens, & inuenit Oratorium clau-
sum, quare tribus vicibus de more genua fle-
ctendo Angelico versiculo Dominam no-
stram salutauit: surgens inuenit ostium aper-
tum, & tanta erat in Ecclesia claritas, vt fulgore
meridiano assimilaretur. viditque ante ma-
ius altare septem matronas residentes, vnã
in medio, quæ cæteris clarior erat, quæ etiam
ei ad se vocato dixit. Bone puer quare non ad-
hibetur cura capiti tuo, respondit ille Do-

mina iam circa me laborarunt, sed nihil pro-
ficiunt: adiecit illa, Ego sum Mater Christi, &
Domina huius Oratorij, & quia mei memori-
am habere solitus es, ego tibi curam adhibeo,
accipe fructus ligni fusilis, & fac tibi hodie ex
eo lauari caput tribus vicibus ante missam in
nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sta-
timque curaberis. deinde eo genuflectente ma-
num benedictam super eius caput posuit, di-
cens ab hac hora vsque ad diem mortis non
dolebit caput. Mulier verò, quæ puerum nutri-
uit, eis cognitis in proxima valle ostentos
fructus collegit, & caput eius lauit, statim-
que conualuit: nec vnquam postea capitis
dolorem est passus. quod in Ordine Cisterci-
ensi satis est miraculosum. Casarius lib. septi-
mo, cap. 25.

19. Clericus quidam tamen si seculo deditus,
Deiparam tamen adeò amabat, & reueren-
tur, vt quotiescunque Ecclesiam intraret, vel
per eam transiret, nulla vel occupatione, vel
obliuione impediebatur, quin cum omni deu-
otione, & humilitate genuflexo Deiparam
salutatione Angelica honoraret, rursum genu-
flexo dicebat: *Bonus venter, qui se portauit
Christe, & bona vbera, quæ te lactauerunt
Dominum Deum.* Is ægitudine correptus
præ dolore linguam, & labia dentibus com-
manducauit: idem de cæteris membris factu-
rus, si permitteretur. cumque lingua, & labijs
penitus consumptis misere iaceret, sensibus
corporis exemptus; vidit iuxta lectuli caput
personam reuerendo aspectu, qui eius Angelus
esse videbatur, & Deiparam pro ægrotò eni-
xè interpellabat: apparuit autem Virgo san-
ctissima, extractaque vbera vita est protinus
immittere in os ægri, & sancti lactus sui rore
infuso, subito suæ linguæ integritatem, & la-
bjs antiquum decorem, in toto corpore pri-
stinam restaurauit sanitatem: redditis igitur
sensibus surrexit sanus, & incolumis; & factam
circa se misericordiam, etiam si lingua
taceret, repentina vitæ, & morum mutatio-
ne omnibus cæpit prædicare. etenim se, &
sua diuino seruitio mancipans, de cætero du-
xit vitam religiosam. Vincentius lib. 7. spec-
hiflor cap. 84.

Salutationis quoque Angelicæ vtilitas, &
efficacitas præcipue elucet in Satanæ infi-
dijs, quibus non impugnat, superandis, eius-
que viribus secundandis: quod ex complu-
ribus, quæ alibi in hoc opere congestimus, exem-
tem.

*Casarius
Denius
B. Virgini
quidem
Clericus
ab eadem
in summo
agris
Angelo
custode
de precibus
sagatur.*

Casa

*Salutatio
nem
licam
nunc
milia
fensu
bi dar
effug*

*Alia
milia
plum*

*Vincen-
Beluacens-
Salutatio-
nu Ang-
lica vobis
damus
mopere
heri*

exemplis; & ex ijs, quæ iam subiiciemus, siquid apparet. quin etiam dæmon salutationem Angelicam tantopere perhorrebat, vt cum teste Cæsario lib. 3. cap. 6. Dæmon aliquando Deo permitte in loco, vbi quædam religiosa puella erat loqueretur, & hominum peccata detegeret, nec tamen ab aliquo nisi ab eadem puella videretur, postolatus dicere orationem Dominicam, & symbolum fidei, ea quidem rectè inchoabat, sed tamen postea verba inuertebat: salutationem verò Angelicam, quam se scire profitebatur, ne incipere quidem potuit propter honorem Dei Genitricis, & sacramentum Dominicæ Incarnationis.

Cæsarius.

Salutationem Angelicam pronuncians mulier in sensum sebi dæmonem effugauit.

Aliud simile exemplum.

20 Puella quædam in domo patris sui visibiliter à dæmone terrebatur, cumque statuisset ad Moniales Ordinis Cisterciensis se conferre, nec à dæmone dissuaderi posset, ab eodè ad fenestram solarij rapta est, indeque eam præcipitare conabatur: sed cum Angelicam salutationem diceret, dimissa est ab inimico si bi dicente: Si in hac hora mulierem illam non inuocasses, occidissèm te. & hoc dicto in maximum canem transformatus de fenestra exiit. Hæc puella sanctimonialis effecta cum à dæmonibus visibiliter vexaretur, Virginis sanctissimæ inuocatione ab ijs se tuebatur. Cæsarius lib. 5. cap. 44.

Quædam mulier nomine Alheydes apud Bonnam diocesis Coloniensis, cum aliquandiu cum quodam Sacerdote impudicè vixisset illeque suspendio se ipse in proprio cubiculo hecasset, isto terrore est correpta, vt in quodam sanctimonialis coenobio religionis habitum suscepit: verùm à dæmone visibili forma die, noctuque vt ad secularè vitam rediret, importunè sollicitabatur, quæ cum eum à se signo crucis, & aquæ benedictæ aspersione abigere tentaret, & ille quidem ad modicum tempus recederet, sed iterum rediit: tandem à quadam ex sororibus edocta, salutationem Angelicam alta voce in eius faciem ielamaui, ex quo tempore dæmon dira imprecans ei, à quo hoc remediũ acceperat, ac si sagitta percussus, vel turbine impulsus esset, aufugit, nec vltra propius accedere præsumpsit, quin etiam sanctimonialis illa tali iaculo munita, dæmonem in posterum absque terrore vidit, ad extremum cuiusdam religiosi viri consilio suorum peccatorum confessione generali Sacerdoti facta dæmon ex illa hora nunquam

ab ea visus, vel auditus est. hæc Cæsarius lib. 3. cap. 13.

21 Idem Cæsarius lib. 7. cap. 26. simile quid narrat euenisse cuidam Conuerso Ordinis Cisterciensis, cui dæmon visibiliter se obijciens multis modis eum terreat: adeoque ei erat infestus, vt Conuersus neque crucis signo, neque aliqua oratione illum effugare posset. sed à quodam religioso edoctus, Angelicam salutationem contra eum protulit, qua malignus spiritus velut turbine impulsus recessit, malè imprecans ei qui tale dederat consiliũ, sicq; ab eo est liberatus.

Cæsarius. Sim le exẽ plum de quodã Cisterciensi.

Matrona quædam Dei Genitrici impensè addicta, filios instruebat, vt ipsam in suis necessitatibus inuocarent, recitando Ave Maria. Huius filia satis erat dissoluta, vagabunda, & saltatrix, & frustra à matre sæpius est correpta; nam pater eam diligebat præ cæteris filijs, quàm dæquod pulchra esset, & mundana, emitque ei vestes pomposas, cui, cum aliquando defessa sub arbore quiesceret, dæmon apparuit, dixitque Veni mecum, ego enim sum diabolus, cuius propositum conaris implere; arma, & rete nostrum ad animas capiendas. vnde modo recipies pœnam pro peccatis tuis, & omnium quos per ornamentum corporis tui ad malas concupiscentias traduxisti: & diabolus statim violenter nitebatur eam rapere. & illa ex institutione matris clamauit, dicens: Virgo Maria adiuua me, & statim clara voce dixit, Ave Maria gratia plena, &c. Respondit diabolus, Maledicta sit, quæ hanc orationem docuit; quam si non dixisses, ad inferni incendium te traxissem, vbi cum tuis æqualibus pœnam condignam pro omnibus, quos ad peccandum traxisti, inuenisses. quæ postea nunquam amplius chorizauit, vestes pomposas deposuit, vitam, & mores humiliter emendauit, & B. Virgini amplius vsque ad mortem serouit. hæc ex Doctore Iacobo de Paradiso Carthusiano apud Spec. Exempl. distin. 9. Speculum num. 107.

Aliud simile exemplum.

DEIPARA MILITEM QVOTIDIE SALUTATIONEM ANGELICAM RECITANTEM à dæmone quatuordecim annis seruat.

22 **C**VM quidam miles Virginis studiosissimus, quam singulis diebus salutare consueuerat, nec ab ea consuetudine villo vnquam

Angelicè salutacione quoti-mp.

die pronū impedimento recedebat, castram possideret
 eius mi- in publica via situm, & viatores quoscunque
 les: a damo- prædaretur, eosque bonis spoliaret suis. Ac-
 no qui qua- cidit aliquando, vt vir quidam religiosus, ac
 tuordecim- pius illac iter faceret, quem grassatores illi
 annos ipsū spoliare volebant. Hic ille prædones impensè
 obsederat, rogare, vt sese ad eorum Ducem tantisper si-
 liberatur- starent, velle eum eo quædam secreta com-
 municare, à quo tandem petijt, vt sibi ad vni-
 uersos qui ex sua familia, castrove essent con-
 uocatos, Verbum Domini habere liceret. ac-
 cessuntur, & accurrunt vniuersi. porò vir
 sanctus vnum è multis desiderari pronuntiat:
 vniuersi verò adesse omnes astruunt, exclamat
 vnus, solum cubicularium deesse. Mittitur, qui
 hominem in concionem producat, qui vbi vi-
 rum sanctum procul aspexit, cœpit oculos in-
 uertere, rotare caput more dementium. deniq;
 obluclari, nec propius accedere audebat. Hic
 sanctus adiuro te, inquit, per nomen Domini
 nostri Iesu Christi, vt quis sis nobis edisseras,
 & quam obcausam huc veneris palam pandas:
 ille Christi imperio coactus, profitetur se
 dæmonem esse sub humana specie quatuor-
 decim annis cum milite hoc fuisse, atque se eo
 consilio à principe tenebrarum missum, vt di-
 ligenter obseruaret, num aliquo die Miles piã
 illam salutandæ Virginis consuetudinem in-
 termitteret quam si vel vno intermisisset die,
 futurum fuisse aiebat, vt eius strangulandi, a-
 nimæque ad inferos pertrahendæ potestas sibi
 permitteretur: se in famuli speciem quatuordecim
 annis illum obseruasse, nec vllum vnquã
 abijisse diem, quo miles Deiparam de more
 non salutauerit. Atque hæc omnia cum pla-
 ne cognouisset Grassator Miles ad sancti viri
 pedes proiectus, suorum scelerum veniam pe-
 tijt, ac vitæ suæ rationem correxit, seque ad
 pietatem reuocauit. Vir autem sanctus Chri-
 sti imperio dæmonem potius abscedere ius-
 sit in locum vnde ijs, qui Virginem Deiparam

Jacobus de Voragine, quibus dictis dæmon euanuit. hæc *Jacobus Spec. Exō- de Voragine* in festo Annunciationis B. Vir- ginis, & refertur in speculo Exemplo- rum distinctione 8.

num. 60.

* *
 *

PRECES ALIÆ, ATQVE OBSE-
 quia, quæ Virgini Deiparæ exhi-
 beri possunt.

CAPVT XXXIX.

S Y M M A R I V M.

- Officium beata Virginis, num. 1.
- Litania beata Virginis, num. 3.
- Rosarium Deiparæ, & de eius Nomine, Auctore, precandiratione, ac multiplici utilitate, num. 4.
- Exempla, seu miracula in ijs, qui Rosarium reci- sarunt, Deiparæ ope peracta, num. 9.
- Corona Deiparæ, num. 12.
- Miracula in ijs, qui Coronam recitabant, Deiparæ fauore exhibitus, num. 13.
- Corolla, in qua ter oratio, & duodecies saluatio Angelica repetitur, num. 15.
- Mortificationes, & corporis afflictiones in hono- rem Deiparæ, num. 17.
- Eorum exempla, qui ieiunium, vel aliuã pietati opus propter Deiparam exercebant, num. 18.
- Imperatorum, & Regnum in Deiparam pietas Sabbato, vel alijs eidem dicatis diebus, num. 19.
- Deiparæ miracula, & beneficia in eos, qui ieiunium, vel aliam mortificationem in eius honorem suscipere, num. 20.
- Opera misericordiam sum sp. virtualia, tum corpora- lia in honorem Deiparæ, num. 23.

OFFICIUM B. VIRGINIS.



NTER pieces, quæ in Deiparæ i honorem fundi possunt. Ter. De Offi- tio loco recensuimus Officiũ, paruo quod vocant paruum B. Vir. Virginis, quod Urbanus Secundus anno 1094. in Concilio Cla- remontensi iussit in honorem Virginis in Ec- clesia quotidie recitari; quemadmodum cap. 29. retulimus: vbi etiam diximus, quinam ad illud persoluendum teneant, post Pij Quinti Pontificis Maximi tempora, cuius iussu anno 1571. idem B. Virginis Officium, adiunctis precibus, reformatum prodijt, adiectis Indulgentijs, quas illud, vel alias Orationes eodem volumine insertas recitantibus, idem Pius Quintus benign-